

Ne ca. viij. b.

**M**embra humani corporis deo attribuntur  
ut membrorum vocabulis effectus diuine  
potentie designent. ca. v. k.

**M**odus loquendi amanti ad expressio-  
nem amoris mutui est loqui econtrariis.  
sicut sponsus seu sponsa dicit sponso.  
predilecte vade non curo de te. capitu-  
lo. vi. l.

**M**odus viuendi alicuius consuetus di-  
citur vulgariter tunica eius. v. ca. p.

**M**ons libani dicitur habere magnam p-  
ciositatem arborum. ca. iij. r.

**M**ulier languida corporaliter consolatur  
flos et pomorum odoribus per que desi-  
gnantur hic metba. diuine consolatio-  
nes que dant sperantibus in se. capitu-  
lo. ij. d.

## Sapientie.

**M**alicia et affectus excecant noticiam in-  
tellectus. maxime in moralibus. quod  
fuit verum de iudeis. et est verum de im-  
pijs. et confirmatur dicto psalmi. ij. ethico-  
rum qualis est vnusquisque talis erit finis suus  
et sibi videbitur. et hic ca. ij. y. circa finem

**M**alicia non vincit sapiam. quod patet ve-  
rum de sapientia creata vel increata. ca-  
pitulo. vij. v.

**M**alignitas dicitur quasi mala igneitas:  
que consistit in ardore concupiscentie  
in qua consumuntur iniqui. ut patet ca-  
pitulo. v. a.

**M**asculus nascens profert gemendo a fe-  
mina et quasi conquiretes de primorum pa-  
rentum transgressione. propter quas nascuntur  
filij et filie ire et miserie. v. Omnis  
masculus a nascens. femina profert. Et  
dedit adam genitorem. et dedit eua priorem. ca-  
pitulo. vij. i.

**M**emoriam iustorum est immortalis. et sim-  
pliciter et sine quid. ca. iij. c. d.

**M**emoriam preteritorum habitum tunc infortunij  
est valde tediosa et afflictiva. ex dicto  
Boetij de consolatione. et hic capitulo

culo. xj. p.

**M**isericordia semper comitatur iustitiam  
dei. ca. xij. t.

**M**ors iustorum quous sit penalis. tamen est  
gloriosa. mors autem impiorum est ignomi-  
niosa. ut patet ca. iij. in principio.

**M**utabilia omnia oportet ad vnum prin-  
cipium immutabile reducere. nam aliter  
est processus in infinitum. quod est impossi-  
bile. ca. xlij. q.

## Ecclesiasticus

**M**agis in dilectione dei potest delectari actu  
diuine dilectionis intrinsecus vel effe-  
ctum extrinsecum. sicut declaratur capi-  
tulo. vij. c.

**M**alicia mulieris sic excedit omnem ma-  
liciam hominis. sicut dolor siue tristi-  
cia cordis eius excedit omnem plagam cor-  
poris siue dolorem mali. ca. xxv. r.

**M**alum culpe mortalis est priuatio boni  
diuini. quod est infinitum. sed malum pene-  
sensibile est priuatio boni creati. pro-  
pter quod minus habet de ratione mali.  
ca. xxvij. o.

**M**ateria contemplationis est duplex.  
scilicet humana miseria. ut contemplan-  
s humiliet. et ponit exemplum de ezechie-  
le. alia est diuina excellentia. ut contem-  
plans quantum potest ipsam magnificet. ca.  
xl. in principio.

**M**emoriam mortis debet haberi ne ho-  
mo peccet in eternum. id est nunquam. et ponit  
exemplum de naua sedente in vltima p-  
te nauis. ut dirigat eam. ca. vij. l.

**M**isericordia dei incompatibiliter maior  
miseratione hominis que misericordia  
dei quatuor importat. primus est proxi-  
mi vera compassio. secundum est innocen-  
tie conseruatio. tertium deuota oratio  
quarta est extremi iudicij trepidatio.  
et sunt duo que impediunt illam. scilicet auer-  
sio a regula legis diuine. et duritia er-  
ga proximum que habentur per totum capi-  
tulum. xvij. c.